

rar res habens omnē qualitatem currit

Ad primum dicitur **Q** licet in non entibus admixtum compositis sit idem. et diuersum in compositione vel ymaginatione eo modo possunt non entia ymaginari tamen in non entibus non reperitur idem et diuersum in compositione ad entia. quia non ens dicitur idem vel diuersum enti nec e conuerso. Ad secundum dicitur **Q** non omnes propositiones affirmatiue de differt arguunt affirmatiua de materia remota nec e conuerso ipse negatiue. Et ideo non sufficienter possunt probari per illas de materia remota

Ad tertium dicitur licet omnes propositiones negatiue de differt virtualiter sint de eodem non tamen formaliter ideo non debent dici de eodem sed de differt

Ad quartum dicitur. quod ibi totus distribuit pro partibus integralibus et non pro partibus essentialibus cuius modi est materia sortis respectu sortis

Ad quintum dicitur **Q** hec signa qualelibet et quantumlibet non faciunt proprie propositionem exponibilem sed faciunt distributionem absolutam sicut omnis et quilibet ut quantumlibet distribuit pro quantitate continua et tantum valet sicut res habens omnē quantitatem continuam et qualelibet distribuit pro qualitate et tantum valet sicut res habens omnē qualitatem. Dicitur ultra quod autor solummodo determinat de illis exponibilibus de quibus mouebatur maior difficultas in exponendo et licet multa sint redentia propositionem exponibilem que prius enumerata sunt quia tamen ista a quibus fit propositio exponibilis sunt magis difficilia ad exponendum. Ideo de ipsis solum determinat relinquendo sine categorizata propositionem exponibilem redentia et exponibilibus. Et per consequens de omnibus septem tractatibus dicta sufficiant

187
Pro quo **Q** gloriosus cum beatissima genetrice intacta virgine maria sit benedictus et gloriosus in secula seculorum Amen.

Dicta versoris super septem tractatus summularum B. B. In felici Colonia impressa et exarata sine salubri finiuntur.